

(y) l. solent 6. §. fin. ff. de offic. Proconsul.

105. Bene Aristippus cum reprehenderetur, quod ab amicis acciperet pecunias, se inquebat, non ideò accipere ut uteretur ipse, sed ut illi discerent, ad quas res utendum sit illis, ut quæ non in luxum perdendæ, sed bonis viris, si egeant, distribuendæ sint. Quo & senlu Alexander rogatus ubi reponeret thesauros, apud amicos respondebat. Nempe

*Extra fortunam est quicquid donatur amicis.*

Et

*Hoc habeo quodcumq; dedi.*

106. Et verò cur nihil accipiet ab aliis noster? Ipse Oceanus suam fontibus communicat aquam, sed tamen & ab hisce, quam communicavit, accipit, vix suam aliàs integritatem & vires retenturus. Quid ni ergò & liberalis suis à clientibus, quod impertitur, sumere poterit & sibi optimo jure vendicare?

107. Accipit ergo quandoque quod commode & salva cum virtute potest. Et tamen semper plus amat quibus benefacit, quam, ut ab hisce redametur, quod hisce apertè proponit Aristoteles (z) οἱ εὐεργέται τῶν εὐεργετηθέντων δοκῶσι μᾶλλον φιλεῖν ἢ οἱ εὐπαθεῖν τῶν τῶν θράσαντας.

(z) lib. 9. Eth. c. 7.

108. Causæ multæ, non postrema hæc. Quia πῶς τὸ οἰκείον ἔργον ἀναπαῖ Arist (a) Quia per opus nostrum nos quasi promovemus & explicamus. At qui accipit beneficium ipsius à quo accipit quodammodo est opus Arist. (b) Sed de hisce nos fusius nostris in Ethicis exercitationibus (c.)

(a) d. lib. 9. Eth. c. 7. (b) d. lib. 6. c. (c) Exercit. 12. q. 1.

109. *Ut possidet accepta, sic nec nimium profundit, sed illa honeste tuetur, ut familiam, quam ære victitare non posse novit, sustentare, patriæ munia obire, tempore necessitatis ἐπιτροφὰς καὶ σκῆπάσματα, Victum & amictum habere, denique egenis subvenire possit & succurrere.*

110. Sed